

T A B L A .

cessione Leonis. 10. Item cum excommunicato, vel à diuinis suspenso, qui se diuinis ingesserunt, ex quo irregularitatem contraxerunt. c. 1. & finali, de sententia excommunicati. in. 6.

¶ Item in irregularitate contracta ratione homicidij casualis, de homi. c. Presbyterum c. continebatur. c. Suscepimus. c. Ad audiētiā. c. Tua nos. c. Sicut. c. Petitio, de Clerici. pugnan. induel. c. 2. & sic de aliis similibus. Vbi aduerte, q̄ non valet id quod solent nonnulli dicere de prioribus irregularitatibus, afferentes, quòd in eis pleriq; Prælati dispensarunt, quia ad hoc respondet per Glo. possitam. in. c. fin. dist. 20. Non exēplis, sed legibus viuendum est. Item aliter respondetur per Philosophum in Topicis, q̄ locus ab abusibus sumptus, non valet, sed ab vsibus sumi debet. Iste enim modus arguendi, ab abusibus, est peculiaris ignorantibus, & hereticis, prout optime docet Titel. de locis dialect. lib. 5. c. 19. & nullus ob id excusatur in hoc, quia multi sic faciūt, quia non minus ardebunt, qui cum multis ardebant. 2. q. 1. multi in fine.

¶ Et in tertio corolario eiusdem Compendioli